

**Sermo**

venit suavis maxime vsurarius si certe facit contra misericordiam.

**U**nde iudicium sine misericordia fiet ei  
Sequitur de remuneratione misericordie. Mensuram bonam et conferentiam. i. legitimam. et magnam et plenam. et coagulatam. i. calcatam. similiter et effluentem. i. cumulataz dabit in sinu vestro. Primo pauperes pro nobis dominum exorando. Deinde angeli ad regnum introducendo. Deinde tota trinitas seipsum in premium exhibendo. **N**ec dicit in manu que partem capit. sed in sinu. ut notetur magnitudo et certitudo premium. **Job. xv.** **T**heposita est hec spes mea in sinu meo. et competet hec retributio illis qui abscondunt elemosinam in sinu pauperum. **Eccl. xxix.** **S**ignus dicitur hic intellectus qui implebitur gloria manifeste visionis. et affectus qui implebitur leticia perfecte dilectionis. **E**t nota hic quatuor vires glorificationis corporis.

**M**ensura bona erit in claritate. quia fulgebunt sicut sol. conferta in passibilitate. quia non poterit levi. **C**oagitata in agilitate. quia omnia penetrabit obiecta. **N**otatur etiam hic anime glorificatio in eisdem

**M**ensura bona erit anime. quia fruetur creatore in universitate creaturarum. Conferta. quia fruetur ea in se implebitur namque vis rationalis luce sapientie. ut nihil desit ei in ulla sciencia. vis concupiscibilis fonte iusticie. ut respuenda respuat. et appetat appetenda. et id magis appetat quod est magis appetendum. vis irascibilis implebitur omnimoda leticia. ut summa tranquillitate fruatur in pace di-

**sermo octuagesimus tertius**

uina Coagitata erit. quia fruetur deo in exteriori homine suo. Super effluens. quia fruetur deo in seipso. sine ulla enigmate. videns eum facie ad faciem sicuti est. **I**sti sunt quatuor digitus in latitudine corone que superposita est menti. **Exodi. xxxv.**

**Eodem die****Sermo octuagesimus tertius**

**E**stote misericordes sicut et pater vester misericors est. **I**n his verbis. primo mandatum de pietate apponitur. cum dominus ait. Estote misericordes. **S**ecundo qualitas vel forma mandati cum subiungit. Sicut pater vester est. **C**irca opera misericordie que sunt attendenda. i. Materiam. **P**ersonam. **M**odus. **I**ntentio. **O**rdo. **M**ateria ut fiant de propria substantia. non de rapina vel usura. quia illa non sunt eroganda. sed reddenda. **U**nde. **E**ccl. xxiij. **D**ona iniquorum non probat altissimus. nec respicit in oblationibus impiorum. nec in institutione sacrificiorum eorum propiciabitur peccatis. **Q**ui offert sacrificium de substantia pauperis quasi qui victimat filium in conspectu patris. **I**lla est in quibus dominium non transferretur iram potius quam misericordiam prouocant. **U**nde mirum est de vsurariis qui ita parati sunt erogare et nunquam volunt restituere. **P**ersona. scilicet cui danda sunt. **Q**ui a non indigentibus. non diuitibus. neque etiam